Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ꝓpt hunc & ego maneam apud te misericordiam. Dona q̃ in xpe dne
patientiam ad hui obsequium. Et accedens ad leprosum. dixit ei. Si uis pa
ter suscipio te in domum meam. & requiescabo te. At ille respon
dens dixit. Si dignaris facere. grias ago. Adduxit q̃ asinum & leua
uit eum & pduxit ad domum suam. & adhibebat ei curam dili
genter. Ita annos quindecim gubernabatur. & accipiebat
curam de manibus eulogii. & condigne nutriebatur. Post
quindecim autem annos insidiatus est ei diabolus. & cepit cla
mare contra eulogium. & tantis mururis & detractionibus affi
cere uirum. Dicebat enim ei multa mala. fugitiue. forsitan do
mum tui alienas pecunias furatus es. & ꝓ me uis a peccatis tuis
liberari. Et clamabat. Iacta me in plateam ubi ante iacebam.
carnes desidero comedere. Hoc cum audisset eulogius. obtulit
ei carnes in cibum. Ille iterum clamabat. Non acquiesco. sed
ut diri. iacta me in plateam ꝓpl̃os uolo uidere. iacta me ubi me
inuenisti. Forsitan si habuisset manus. suffocare se potuit in
tantum eum demon exagitabat. Itaq; ualde sollicitus eulogius.
perrexit ad monasteria uirorum dei. & dixit eis. Quid faciam domi
ni mei patres. ita in desperationem me leprosus adduxit iste. Pro
icere eum timeo. quia deo deteras dedi. & repromisi usq; ad mor
tem continere & requiescere eum. Si q̃ non proiecero eum. s. ꝓ uio
lentia eum tenere uoluero. pessimos dies & amarissimas noc
tes faciet in. Ad hec illi dixerunt ei. Dum adhuc in corpore est
magnus ac beatissimus famulus dei pater antonius. ascende
in nauim pariter cum illo leproso. & uade in monasterium
eius ubi monachi eius sunt & expecta ibi usq; quo diu egredia
tur de spelunca. & ueniat ad monasterium. & quicquid tibi
dixerit hoc obserua. & acquiesce eius sententie. Deus enim tibi
ꝓpsum dicit. Misit q̃ leprosum illum in nauim. & ipse pariter